

16
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.



Conclufionum Forenſium.

EXERCITATIO XXVIII.

Ad Libr. XVI. Digef. Tit. I.

Quam,

Divina Gratia Favente,

P R Æ S I D E

WOLFGANG-ADAMO *Lauterbach*

U. J. D. & Profefſore P.

Placido Eruditorum Examini,

Ad diem Januarii,

proponit

GEORGIUS ALBERTUS ab & in Merlaw,
Eques Haſſus.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN-HENRICI REISL,

ANNO M. DC. LXVIII.

1668, 12.

37



Serenissimo ac Celsissimo
Principi ac Domino,

DOMINO

WILHELMO LUDOVICO,
Duci Wirtembergiæ & Tecciaë,
Comiti Montisbeligardi, Dynastæ
in Heidenheim, &c.

Principi ac Domino suo Cle-
mentissimo,

Hasce studii sui Juridici Primitias

offert

*Cultor Humilimus juxta ac Devo-
tissimus*

Georg Albert ab &
in Merlaw.



Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XXVIII.

Ad Lib. XVI. Digest. Tit. I.

I.

Beneficium Amplissimi Ordinis, quod concessum est foemina-
nis pro aliis apud alios intercedentibus, est personale, (a)
Exceptio verò exinde competens est realis. (b)

a) arg. l. 196. de R. I.

b) l. 7. §. 1. ff. de except. arg. l. 16. §. 1. ff. ad SCt. Vellej.

II.

Beneficium SCti Vellejani locum habet tantum in foemina-
rum intercessionibus; unde excusari nequit illorum oscitantia,
qui quibusvis instrumentis super negotiis cum mulieribus cele-
bratis clausulam de facta SCti Vellejani renunciatione inserunt.

v. l. 1. & t. t. ff. & C. Ad SC. Vellej.

III.

Hinc etiam si Titius pecuniae Indigens, à Mævia sorore sua
mutuam petit pecuniam; Mævia verò pecuniâ destituta, ut ne-
cessitatibus fratris succurrat, pecuniam mutuam accipit à Sem-
pronio, eandemque credit Titio fratri suo, Sempronius, licet sciat,
in quam causam Mævia mutuum accipiat, tamen pecuniam à Mæ-
via repetens exceptione SCti Vellejani non repellitur.

l. 13. C. ad SCt. Vellejan. ibi Gloss. Paul. de Castr. Salicet. Joh.
Brunneman. Diod. Tuld in Cod. tit. ad SCrum Vellej. Co-
stal. ad l. 28. §. 1. ff. ad SCt. Vellej. Vincent Franch. decis.
279. num. 2. & seq. Diff. C. J. A. d. tit. th. 5. n. 8.

IV.

Verum si Titius primùm à Sempronio petit mutuum, hic
verò, opes Titii suspectas habens, Mæviae fidem eligit, eandem-
que substituit, ut illa suo nomine à se pecuniam mutuam acci-
piat.

Ee 2

piat.

piat, & eam Titio fratri suo credat, color in fraudem S^Cti Vellejani quaesitus censetur, & Mævia hoc S^Cto adjuvatur.

*l. 8. §. 14. junct. l. 29. §. 1. ff. ad S^Ct. Vellej. l. 19. Cod. eod. ibi Paulus de Castro Salicet. & Brunne-
mann. Tuld. in Cod. d. t. num. 3.*

V.

Idem dicendum, si fœmina à debitore substituitur v. gr. si Titius, à Sempronio mutuum accepturus, metuens verò, ut sibi credat; substituit Mæviam; quæ pecuniam suò nomine à Sempronio acceptam iterum Titio mutuum dat. Nam hîc quoque fraus S^Cto fieri videtur, ita ut non minus locum habeat exceptio S^Cti, quàm si pro Titio mutuum à Sempronio accipiente Mævia fidejubendo intercederet; modò tamen hoc in casu creditor quoque, quid inter Titium & Mæviam agatur, sciat. Creditoris enim ignorantia hoc in casu impedit S^Cti auxilium, etiam si ipse in causam pecuniæ à Mæviam acceptæ non inquirat.

l. 4. l. 11. & 12. l. 17. ff. ad S^Ct. Vellej.

V I.

Cæterùm si fœmina obligationem alienam in alio jam consistentem, constituendo, fidejubendo aut expromittendo in suam recipit fidem, non quælibet creditoris ignorantia excludit S^Cti Vellejani exceptionem. Hic enim Creditor diligentius inquirere debet in negotium & ejus causam.

d. l. 17. pr. ff. ad S^Ct. Vellejan. vid. l. 6. l. 8. §. 2. ff. d. t. vid. Salicet. ad d. l. 17. Bachov. ad Tr. vol. 1. disp. 25. th. 5. lit. d. & e.

V II.

Tutores vinum pupilli vendere decreverunt, optimam vindemiam sperantes; Mater pupilli intercedit, & ne vinum vendant, suadet, iisdemque indemnitate spondet. Mater à Tutoribus ad indemnitate præstandam conventa non iuvatur decreto Patrum, quod de mulierum intercessionibus factum.

*arg. l. 8. §. 1. l. 19. pr. & §. 1. ff. ad S^Ct. Vellej. vid. Brunne-
mann. ad l. 6. C. h. t. Tuld. in Cod. d. t. Salicet. d. l. 6. C. h. t.*

V III.

Seja pro Titio, cui debet decem, expromittendo, fidejubendo vel constituendo promittit viginti, quoad dimidiam partem obligatur.

gatur efficaciter, (a) quoad alteram verò partem eidem subvenitur Scto Vellejano. (b)

a) arg. l. 2. C. ad Sct. Vellej. l. 13. & l. 24. ff. eod.

b) arg. l. 1. t. t. ff. & C. ad Sct. Vellej. junct. l. 76. pr. ff. de R. v. Brunnem. ad d. l. 2. C. ad Sct. Vellej.

I X.

Fœmina, quæ adit hereditatem onerosam, & æs alienum defuncti in suam suscepit fidem, exceptione Scti contra creditores hereditarios sese tueri nequit, neque adversus hereditatis aditionem, in integrum restitutionem impetrare potest; (a) nisi dolo creditorum inducta hereditatem adierit; tunc enim fœminæ contra omnes creditores defuncti, etiã eos, qui doli non sunt participes, datur exceptio Scti Vellejani, sed non actio doli. (b)

a) l. 13. l. 32. pr. ff. ad Sct. Vellej.

b) d. l. 32. pr. ibi Salicet. junct. l. 1. §. 4. ff. de dolo malo.

X.

Item si fœmina emit hereditatem & creditoribus hereditariis pro venditore se soluturam promittit, cessat Scti Vellej. beneficium.

l. 3. (in cujus lectione nihil mutandum. Diss. Goth. ad d. l. 3.)

l. 13. pr. l. 19. §. 3. ff. ad Sct. Vellej. arg. l. 2. §. 9. ff. de hered.

& act. vend. l. 2. C. de Legat. Hering, de fidejuss. cap. 7. n.

412. & 418.

XI.

Uxor, quæ Mariti obærat bona, ejusdem & creditorum consensu accepit, & creditoribus mariti solutionem promisit, non jvatur Scti beneficio vel novæ constitutionis auxilio; etiã si bona mariti ad æs ejus alienum solvendum non sufficiant.

arg. l. 32. pr. ff. ad Sct. Vellej. l. 23; pr. C. eod. arg. l. 19. §. 3. ff.

di t. Brunnem. ad l. 2. C. eodem. Hering, de fidejuss. cap. 7.

num. 417. & seqq.

XII.

Si mulier, nullâ prævia intercessione, res suas vendidit, aut mutuum accepit, & pretium aut pecuniam acceptam pro marito vel alio, creditoribus ejus solvit, etiã si emptor vel creditor causam contractus sciverit, ipsa tamen Scti Vellejani auxilio uti nequit.

Ee 33

arg.

arg. l. 1. l. 4. l. 9. l. 13. C. ad Sct. Vellej. l. 4. §. 1. l. 5 ff. cod. non obstante l. 32. §. 2. ff. eodem.

XIII.

Si Mulier prævia intercessione mutuum accepit pecuniam & eandem pro marito vel alio, pro quo intercessit, credens se exinde efficaciter obligatam esse, solvit, solum tanquam indebitum repetere, aut contra creditorem suum intercessionis non ignarum, exceptione Scti sese defendere potest. (a) Si vero foemina sciens, se Scto Vellejano munitam esse hoc fecit, neque solum repetit, neque beneficio Scti sese jure defendit. (b)

a) *arg. l. 1. & 9. C. ad Sct. Vellejan. l. 28. §. 1. ff. eod.*

b) *arg. d. l. 9. l. 1. ff. de cond. indeb. l. cujus per errorem de R. l. junct. l. 4. ff. ad Sct. Vellej.*

XIV.

Si Maritus res Uxoris tanquam suas creditori suo ignoranti dat pignori, licet uxor præsens & sciens taceat, tamen ipso Jure nulla est illarum rerum oppignoratio. (a) Idem dicendum si uxor verberibus vel minis coacta in contractum illum expressè consentit aut instrumentum subscribit. (b)

a) *arg. l. 11. C. de distract. pign. l. 5. C. ad Sct. Vellej. l. 2. C. si alien. res pign. det. Petr. Barbof. ad l. quæ dotis 34. num. 165. & seqq. August. Barbof. ad l. 5. C. ad Sct. Vellej. num. 7. & seqq. Brunnem. ad d. l. 5.*

b) *Anton. Faber. in Cod. tit. ad Sct. Vellej. def. 23.*

XV.

Foemina, quæ pro alio intercessit, sed sine Instrumento, aut in instrumento tantum privato, licet post biennium intercessionem repetat, ipsa tamen exinde efficaciter conveniri nequit.

arg. l. 23. §. ult. junct. l. 22. C. ad Sct. Vellej. ibi Joh. Brunnem. Molin. de iust. & iur. tr. 2. disp. 540. n. 16.

XVI.

Foemina, quæ pro dote, vel libertate, pro alio apud alium, etiam sine instrumento publico intercessit, efficaciter inde obligatur, ita ut nec Scti Vellej. beneficio uti possit. (a) quod ipsum etiam verum esse dicitur, licet uxor cum marito pro foemina, in eodem istrumento dotem promiserit. (b)

a) l.

a) *l. pen. & ult. C. ad SCt. Vellej. junct. l. 23. §. fin. in fin. August. Barbof. ad d. l. 23. in fin. Franzk. in Comm. π. tit. ad SCt. Vellej. n. 35 Bachov. vol. 1. disp. 25. tb. lit. b.*

b) *arg. d. l. f. vid. Trentacinq. lib. 3. Resol. tit. de fidejuss. Res. 2. n. 4. & Resol. 3. n. 16. August. Barbof. ad auth. si qua mulier. num. 14. Brunnem. ad d. l. f.*

XVII.

Si Mulier oppignorationem rerum suarum pro alio factam post biennium confirmat, creditor inter hypothecarios collocatur non ex tempore primæ oppignorationis, sed ex die confirmationis.

arg. l. 22. C. h. t. arg. l. 11. pr. ff. qui potior. in pign. Trentacinq. lib. 3. Resol. variar. tit. de fidejuss. Res. 2. n. 2. Berlich. part. 2. concl. 19. num. 8.

XVIII.

Si Maritus & Uxor mutuam acceperunt pecuniam, atque pro illa in uno instrumento sese obligarunt, uxor verò eandem luxu, vestimentis aut illecebris dilapidavit, ipsa ad ejus solutionem à creditore efficaciter convenitur.

arg. auth. si qua mulier C. ad SCt. Vellej. junct. l. 4. §. 1. ff. eod. & l. 3. §. 6. de in rem vers. l. 15. ff. si quis omiff. caus. testam. Hering. de fidejuss. cap. 7. n. 405. Richter. ad Auth. si qua mulier. C. ad SCt. Vellej. Berlich. part. 2. conclus. 19. n. 73.

XIX

Fœminæ illustres & Nobiles, qua tales, non excluduntur à beneficio SCti Vellejani.

arg. l. 1. ff. ad SCt. Vellejan. non obstantibus iis, quæ tradit Hering. c. 7. n. 517. & seqq. C. J. A. tit. ad SCt. Vellej. th. 8. n. 22.

XX.

Si uxor redemptori, cui ipsa unâ cum Marito ædes ruinosas utriusque communes locavit reficiendas, pro mercede res suas dedit pignori, valet pignus pro integra mercede, ita ut illarum oppignorationem uxor nec pro parte impugnare possit SCto Vellejano, vel novæ constitutionis beneficio.

arg. l. 17. §. fin. l. 13. ff. ad SCt. Vellejan. & eorum, quæ tradit Griuell. dec. 20. n. 2. & seqq. Trentacinq. lib. 3. tit. de fidejuss. Resol. 3. n. 15.

Si Ma-

XXI.

Si Maritus & Uxor in Ducatu Wirtembergico, ad familiæ conservationem, mutuam accipiunt pecuniam, & singuli sese obligant in solidum; Maritò verò mortuò, Uxor suam acquæstus, nullam verò hereditatis Mariti recipit partem, pro dimidia parte convenitur efficaciter, pro altera verò illius obligatio est ipso Jure nulla.
arg. l. 17. §. f. in ff. ad SCt. Vellej. auth. si qua mulier. C. eod. vid. Grivell. decis. 20. n. 2. Berlich. p. 2. conclus. 19. n. 82.

XXII.

Uxor, quæ pro Marito incarcerato ad illum liberandum intercedit, efficaciter obligatur, nec dictis beneficiis adjuvatur.

Post Bald. Chassan. Tiraquell. Trentacinq. d. Resol. 3. num. 8. **, Brunnem. ad auth. si qua mulier. C. ad SCt. Vellej. Berlich. p. 2. concl. 19. n. 85. & 86. Tessaur. decis. 223. n. 7. Vincent. de Franch. decis. 578. num. 10. Anton. Faber. in Cod. tit. ad SCt. Vell. def. 16. Diff. Hering. de fidejuss. c. 7. n. 399. & seqq.

XXIII.

Valet foeminae intercessio pro proco suo facta, qui eidem promisit Matrimonium sub hac conditione: Si pro ipso apud creditorem suum efficaciter sese obligaret.

arg. l. 13. l. 17. in fin. ff. l. ult. C. ad SCt. Vellej. junct. cap. de illis de condit. appof. Hering. de fidejuss. c. 7. n. 461. & seqq.

XXIV.

Fidejussor, licet donandi animo, pro muliere intercedente fidejusserit, tamen se defendere potest SCti Vellejani Exceptione.

l. 16. §. f. ff. ad SCt. Vellejan. Brunnem. ad l. 14. C. d. t.

XXV.

Non quælibet res à foeminâ pro intercessione accepta excludit hujus SCti beneficium, sed ejus quantitas jure non determinata Iudicis arbitrio est relinquenda, dispecturi, an pro ea diligens Paterfamilias in talem summam spondisset.

vid. l. 23. pr. C. ad SCt. Vellej. ibi Brunnem. Tuld. in Cod. d. t. n. 4. Hering. de fidejuss. c. 7. n. 435. Sichard. ad d. t. n. 20. August. Barbos. ad l. 23. num. 7. C. ad SCt. Vell.

XXVI.

Foemina, quæ pro alio intercedendo sese obligavit, etiam in epistola ad creditorem scripta validè SCto Vellej. renunciare potest, per ea, quæ tradit.

Franzk. in Comment. π. tit. ad SCt. Vellejan. n. 19. & 30. v. Groenevveg. ad d. l. 23. C. ad SCt. Vellejan. Gail. 2. obs. 77. n. 1. & seq. Græv 2. concl. 77. Hunn. part. 3. Encyclop. univ. Jur. tit. 6. c. 3. n. 2. Paul. Bus. ad l. ult. ff. d. t. & & .


ULB Halle
006 682 235


3



Vb-17







B.I.G.

Farbkarte #13

1668, 72

37

Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XXVIII.

Ad Libr. XVI. Digest. Tit. I.

Quam,

Divina Gratia Favente,

P R Æ S I D E

WOLFGANG-ADAMO *Lauterbach*

U. J. D. & Professore P.

Placido Eruditorum Examini,

Ad diem Januarii,

proponit

GEORGIUS ALBERTUS ab & in Merlaw,
Eques Hassus.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN-HENRICI REIS I,

ANNO M. DC. LXVIII.

